blicare processus, subintravit potenter religiosus vir Hugo comes Sylvestris, vulgo Wiltgraff, qui morabatur in castello Grumbach prope Meisenheim, cum 20 militibus confratribus ordinis, induti albis palliis more Teutonicorum fratrum cum signo crucis rubeo. Erant autem omnes sub palliis armati. Assurexit ei archiepiscopus ac innuit manu, ut secum sederet. At comes stans, ait: Domine archiepiscope, fertur publice, quod hodie velitis .... denunciare execratos, quod non placeret nobis, sed petimus, ut appellationem a nobis interpositam ad futurum papam, velitis clero praesenti publicare. Nulla

rum cum viginti ordinis sui tecto vestibus ferro, neminem arcere auso, ingressum, clara intrepidaque voce testatum, si quid gravius in sacrum Templariorum ordinem statutum esset, se pontificem maximum, qui in Clementis locum sufficeretur, appellare. Absterritos patres inermes imbellesque ferocia nobilissimorum militaris ordinis virorum, iussisse illos, bono animo esse, certiorem literis factum Clementem mitius respondisse, ac jus de integro querendi statuendique archiepiscopo decrevisse, eum illos, quod insontes se edocerent, causa cognita crimine liberasse.

refert MS. L., Hugo Comes Sylvestris et Rheni, qui morabatur in Grumbach prope Meysenheim cum 20 fratribus, sub habitu Ordinis probe armatis. Hi omnes, non quidem vocati, sed ultro et subito in consessum Patrum irrumpunt, omnibus attonitis. Archiepiscopus viros considerans ac violentiam timens, placide iubet, Commendator ut sedeat, et si quid habeat in medium afferendum, ut depromat. Qui clara et libera voce exorsus: se suosque confratres, inquit intellexisse, hanc synodum sui Ordinis delendi gratia, potissimum congregatam, ex commissione Romani Pontificis: Enormia enim quaedam scelera et plus quam ethnica flagitia illis

confratribus Templariis, induti habitu sui ordinis, hoc est, albis paliis cum cruce rubea assuta, erant omnes sub palliis probe armati. Introeuntibus assurgit episcopus et alii, qui aderant, iubet ut sedeant et quid boni afferant, rogat episcopus. Sed Hugo comes stans minaciter incipit loqui in hanc sententiam: Domine .....

Quam ob rem petimus, ut hanc appellationem (habebat autem li-